

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Bernhard Güldenzopf

**Messiam Labore Saturum ex Jes. LIII. v. II. meditatur & ad Actum Oratorium Deo  
Fortunante Die Martii hora locoque consueto publice habendum ...**

Sverini: Typis Pærensungiani, [1733?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn882038974>

Druck    Freier  Zugang





MK-10276 (1)







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn882038974/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn882038974/phys_0004)

DFG

# MESSIAM LABORES A- TURUM

ex Jes. LIII. v. II.

meditatur

& ad

## ACTUM ORATORIUM

DEO Fortunante

Die / <sup>April:</sup> Martii hora lecoque consueto  
publice habendum, benevoleque  
audiendum

MÆCENATES PATRONOS,  
FAUTORES ET AMICOS

Qua in quemque convenit  
obliviantia & huma-  
nitate  
Invitat



JOH. BERNHARDUS GÜLDENZOPFF.

Parch. Lycei CON-RECT.

SVERINI,

Typis PÆRENSRUNGIANI

1733.

**J**Esaias Propheta est, cuius tam illustres de auspiciatissimis Novi fœderis temporibus, deque tum futuro Messiae regno sunt Prophetiae, ut communis omnium Theologorum ore Veteris Testamenti Evangelista audiat. Sic sanctus Hieronymus prefat: in Esiam judicavit, universa Christi ecclesiæque Mysteria ita ad liquidum prosecutum esse, ut non putas eum vaticinari de futuro, sed de præteritis historiis contexere. Si enim ipsum prophetæ ejus argumentum scrutamur, præter quædam, quæ ad gentes circum jacentes, Judaicum populum durissimis dirissimisque modis affligentes, pertinent, omnem sere paginam Vaticinia de Christo nascente, patiente, in cœlum ascendente gentes convertente &c, ut scite S. Athanasius Prophætiæ argumentum in Synopsi finiens dixerit: τὸ πλεῖστον τῆς προφητείας αὐτῆς ἐγώ η ἔναγγελια τοῦτο εὐαγγέλιον παραπομένας τῷ λόγῳ τούτῳ, καὶ ὡς ἐνδειχθεὶστο διὰ μου των πατῶν, idque tanta rerum copia & ubertate, ut verissimum κίριας ἀμαλθείας sacra dici mereatur. Præsertim multis in locis, nullibi tamen clarius quam capite LIII. Messiae patientis labores immensos describit, & quidem tam graphicè, ut videatur Salvatori semper præsto adfuisse, ad latuosterile, vidisseque vincula, sputa in ipsum conjecta, flagella vibrata, coronam spineam, quæ sanctis sima lacerabat tempora, audisse blasphemias contradictiones, mille ludibria scompta, dictoria, contumelias, opprobria, quæ plenis buccis in eum effuderunt, adjutricem quasi sub ipsa maledictæ crucis trabe succiduo poplite fatigationem testanti porrexisse manum. Atque hoc ipsum est, quod movit non neminem hoc aureolum Isaianum inscribere: *Passio Domini J. C. secundum Jesiam, teste B. D. Dorischeo Pentade: Dissert II. pag. 381.* Insignia profecto rerum verborumque sunt pondera, quæ se nullibi non objiciunt, atque penitus pensiculata, mentem religioso horrore perstringunt, in que tanti Mysterii sancta admiratione sic tenent defixam, ut voces non inveniat, in quas diffundatur summam in laboribus maximis Messiae patientis patientiam deprædicatura. Non est constitutum animo meo, singula, quo se offerunt ordine, accurato persequi filio, si qui dem multi clari viri de re Christiana optime meriti integris

.887!

tegris voluminibus hanc novarunt operam sed servum Dei justum  
optimum Salvatorem JESUM laboribus saturum ex versu II. me-  
ditari operæ erit pretium. Hoc ipsum vero dum molior, ad tria  
potissimum erit respiciendum, ut scilicet ante omnia de Subiecto  
eruendo sim sollicitus, postea labores animæ Messianæ evolvam;  
tandemque paucis ostendam, quid sibi velint verba Prophetæ.  
Meamal naphscho jrehjsba De labore animæ ridebit & saturabitur. De  
objeto personali evolvendo dum cogito, plane non sunt audiendi  
recentiores Judæorum, quippe qui divino judicio sic hærent dubii,  
sic animi pendent, sic fluctuant incerti, ut, cum his clarissimis Pro-  
phetæ urgentur dictis, non habeant, quo se vertant, quare non im-  
merito hanc Isaianæ Prophetæ particulam cum B. Pfeiffero Rab-  
binorum carnificinam & crucem dixeris. Quam mire se torque-  
ant Rabbini, ut evincant, non de Messia loqui Prophetam, sed nunc  
de Abraham, nunc de Mose, nunc de Josia Rege, de Jeremia, de  
angelis Ministerii, de populo Judaico inter gentes vrixi vexato, in-  
terpretentur, ostendunt B. Aug. Pfeiff: in dubiis Vexatis Loc.  
XXIX. Cent. IV. Z. I. & B. Aug. Varenius in Comment. in Jesai-  
am, sententiarumque variarum auctores cum sensus Detrueçse  
detorsione citant, & ad oculum demonstrant. Et mirum sane est,  
hanc cœlestem veritatem in sententiis esse positam, virosquo  
magnicæteroquin nominis, qui ad Christianorum castra pertine-  
re videri voluerunt Judæis hic poslicem premere, quorum nume-  
ro est Judaizans Hugo Grotius & Seidelius. Merito quoque  
miramur gentem olim Dzo dilectam tam deplorandæ errorum  
caligini in re liquido aere liquidius liquente involutam deprehen-  
di, sic hallucinari, sic à patrum suorum vera & antiqua deflexisse  
fide, ut, quid nunc statuant, quidve credant, ipsi nesciant. Hæc  
enim veterum non fuit fides. Quem anxie expectarunt, votis-  
que ardentibus expetiverunt Messiam, indubitata fide cognove-  
runt, fore summi Dei Filium, agnum Dei, mundi peccata por-  
tam, qui sponte ad tolerandas infinitas ævumnas pro generis  
humani salute sese obtulit. Memoratu enim digna sunt, quæ de  
prædefinitione ista Dei ex spontanea Messianæ oblatione profecta  
ex Collectione celeberrimi Edzardi in Jer. cap. 23. v. 5. 6. B.

Bran-

Brandanus, Henricus Gebhardi in Disput. de Consensu Judæorum cum Johanne Baptista in doctrina de satisfactione Regis Messiae allegat Judæorum verba, in Jalkut sic loquentium. Incepit DEUS sanctus benedictus pacisci cum Messia, dicens ipsi : Illi sunt, qui coram te reposuerunt peccata sua, illi jugum ferreum cervici tue imponent, facientque te sicut vitulum hunc, cuius ca ligant oculi coangustatur spiritum tuum tali juge. Itaque propter peccata ipsorum lingua tua abberescet prelato : Etne haec tua voluntas ? Respondit Messias DEO : Domine mundi, forte illa afflictio per annos quam plurimos erit sustinenda ? Regessit DEUS : Hoc certissime persuasum habeas me non plus quam unam septimanam (Daniel IX.) tibi definivisse, imo nisi affligatur anima tua, ego hostes tuos depallam. Quo auditu Messias dixit : Domine mundi, cum exultatione & summo animi gaudio ego in me suscipio. Notat insuper Gebhardus loc. citat. Veteres Judæos Psalm XXII. de Messia interpretatos contra morem hodiernorum qui de Israele exponunt. Quam belle, quæ de ingenti pœna malo dolorosisque passionis molestiis, quas Salvator in se suscepit, inque principio querula deprecatus est voce dicuntur, cum Judæorum congruunt asserto, quod ex eodem Edzardo except. fol. 2. cap. i. l. 16. coll. § 4. citatus autor Disput. add. in medium profert sic habentia : Dixerunt antiqui. Ea lepiemana, qua venit filius Davidis aportabunt ferrea trabes, easque collo ipso imponent, quæ mole incurvabitur statuta ipsius. Tum Messias cum multo fletu cœlo clamabit. dicens : Domine mundi, quæculæ, ob sacro, sunt vites meæ & quantulus est spiritus ? quantula anima : quantula sunt membra mea ? Nonne caro & sanguis ego sum ? Cum itaq; ipsi judæorum, Magistri crebro tritum illud suum in ore habeant confessionem aversiorum esse instar centum testium, plura illorum Testimonia adducendi labore superfedeo, hoc saltem addens, in neminem, qui cunque ille sit, quem veritatis hostes in objecti veri locum substituunt quadrare, quæ Propheta de laborante Messia prædicat. Talia enim sunt prædicata, ut Logicorum est canon, qualia à suis permituntur subjectis. Permittuntur autem hic de Objecto Isaiano talia, quæ in neminem nisi Messiam, IESUM Nazarenum, Filium Mariæ, & Josephi, hominem DEUM cadere possunt, quod ex collatione clarissimo: un Instrumenti Novi dictorum, eventu exactissime respondente, satis probari posset. Non minoris res indaginis esse videtur, in estabiles Messiae labores & molestias, quas corpore pariter & anima exantlavit, explicare. Labores enim Messiae cum maxi-

maxima coniunctos fuisse molestia vel sola Ebraea vox Amal-  
testis esse potest. Non tamen hic, ut in multis scripturæ locis in  
seni figurato & improprio sive Metonymico pro fructu Meamal  
ex labore percepto, ut Glassius ostendit Philolog: s. pag. 1436. sed  
in sensu proprio sumi ipsa sacra textus σύραφη demonstrat, Ne-  
que cum laboris animæ hic mentio fit, quos corpore sustinuit, ex-  
cludendos esse, putandum est. Quemadmodum enim, cum cor-  
pori male est, animo ipsi languor & torpor indicitur, & vice versa,  
ex animi ægritudine corpus quoque molestiam trahit; ita dubi-  
um non est, per sanctissimam aliquam sympathiam corpus inter  
& animam Christi intercedentem, afflito & disruciato sanctissi-  
mo Messiae corpore, animam quoque dirissima quæque passam  
esse. Sunt tamen & animæ sui peculiares labores, quorsum perti-  
nent tristissimi illi angores, quibuscum in monte oliveti acerrime  
conflictatus est, adeo ut angelica confortatione opus fuerit, non  
minus paterna derelictio, quam graviter in cruce conquestus est,  
velut summum omnium dolorum Messiae gradum. Hæc quo in con-  
siderit, Reformatus Elgersma egregie docet & velut epitomen  
omnium miseriarum constituit 1) in passionis exuberatione 2)  
liberationis dilatione 3) in gaudii spiritualis privatione & 4) pœ-  
nae infernalis bajulatione. Omnino sine infernali pœnae bajulatio-  
ne satisficeri DEO non potuit; Pontificii tamen ab affirmativa ab-  
horrent. Bellarmino enim istæ doctrina nova & in audita audit impetas.  
Etcerte Forerus non erubuit sic scribere: Hac tam blasphemæ  
sunt, ut nec diabolus aliquid horribilius ex verbere suo fauibus erubare posse.  
Ille quidem malæ sue confisus causæ argumentatur, pœnam  
damnatorum realiter includere desperationem salutis, ita CHri-  
stum desperasse. Verum enim vero quam toto cœlo erret magnus  
ille Papæorum hyperaspistes, non est quod operese demonstrem,  
siquidem desperatione propriæ ad damnationem non pertinet, sed  
eam lequitur. Damnati enim audita sententia summi judicis seve-  
ra & decretoria omnem sibi spem recuperandæ salutis perditæ  
præcisam esse, abjecto animo desperant. Blasphema ergo vox,  
& à Cerbero ipso inflammata erit lingua, Furore tua, si dixeris  
CHristum non cognovisse, DEUM passionibus ejus tandem mode-  
ratu-

raturum & terminum fixisse, invicta enim fide credebat animam suam in inferno non linquendam. Neque opus erat, ut omnes articulos, sed apices, non omni duratione sed momento patere & tur, Infiniti enim sunt valoris, quae infinitus DEI Filius, noxalis vi etiam pro peccatis mundi factus in se sustinuit. Hoc dum dico Socinianos Satisfactioni Messiae inimicissimos in me concito. Ipsi enim sicut divinitatem Christi negant atrocissime, veterum Photinianorum haeresin incrassantes; ita omne id cui divinam inesse virtutem oportebat, vel temerario ausu inficiantur; vel sic torrent, ut hanc coelestem veritatem labefactent, dulcissimumque solatium experientissima pro peccatis nostris satisfactione, quam vicario solutionis pretio oblato absolvit, resultans, diaboli

instinctu nobis exuentiant. Passum esse pro nobis, peccataque tulisse nostra ambabus larguntur manibus, repente tamen omne quod concederunt, cum clarissimis urgentur scriptura dictis. Sic pro peccatis esse passum, secundum ipsos non est satisfactione pro peccatis, sed peccatorum & criminum occasione passum & mortuum esse. Tulisse peccata & sanguinem affudisse, sed ut signi, sicaretur saltus vel confirmaretur peccatorum remissio, quae etiam sine compensatione condonari posse, etiam quibusdam acta condonata esse, velut Noe, Abeli & alii, sive ut nos labore nos exhaustos intuentes fleceremur ad desistendum a peccatis. Sed his primo opponam ipsorum adversariorum testimonium & confessionem. Sic enim Franciscaus Davidis olim Superintendens Anti-Trinitariorum, & Doctor Georgius Blandara in refutata scripti, D. Majoris de Trinitate sic F. 11, non tantum consentent ingenuus, salutem DEUM Patrem in Filio & per Filium ejusque merito & patrocinio per regenerationem tribuere, sed Christum piacularē à DEO pro nobis redditam factum predicatur, verbis Martini Borhai vere Lutheranis & scriptura conformibus ita loquuntur; Ablurde dicitur sine Messia potuisse DEUM, beare suos et ledos, ut absurdus dicitur posse corpus, ecclesiam constituta sine capite, vitamque posse habere sine capitulo & corporis vita. Multo absurdius est, quo & nonnulli dicunt, Christi mortem per se & sua natura, ut homo erat non fuisset satisfactionem pro peccato corporis sui ecclosiæ. sic considerandum erat: Christum hominem innocentem, & perfecte justum, quem Deus pro sua iustitia morti tradere sine noxi quam fueret, non potuerit. Idem Christum non vulgarem hominem esse, sed Deum παπον, & paucis interjectis, ut humana natura tota perfusa est divinitate, ita in humano genere redimento infinita & bonitatis opera perfecta, pro infinita pravitate peccatorum latifaciens summam iustitiam DEI. Culpa enim luis tantam, quantum non unus solus electorum habet, sed quantum & quam multiplicem totum corpus electorum & singula eius membra habent. Post multa egregia quæ brevitatis studio praetereo, tandem D. Borhai concludit. Hac sentire de Christo Mediatore, & sequestre DEI nobis conciliante est vere & reale amplissimeque ea sententia Sa-

ctaturus


erarum literarum & fidei usu sentire, quibus citatus Fratit. Davidis & Blandatae calcus  
lum adjacentes hanc suam quoque doctrinam esse testati sunt. Qui enim aliter poterant scri-  
pture lumine ipso sole meridiano clariores emitente radios, quibus refragari & que flumum  
est, ac solem ipsum quotidie lucentem tollere. Queso te, Socioiane! qui animam suam de-  
dit αὐτὸν λαῷ noīna vīcē & loco multorum λύτρον & αὐτὸν λύτρον persolvit?  
qui peccata nostra suscepit, ita ut tanquam victima piacularis pro nobis mactaretur, nos vero  
immunitatem & impunitatem consequeremur, nonne in vere pro nobis satisfecit, iratum DE  
UM placavit, remissionemque nobis suo impetravit merito? Ubiunque enim adsum ut &  
sufficientisque satisfactionis requieta omnia, scilicet, 1) surrogatio & substitutio vicarii in lo-  
cum culpae & poena obnoxii 2) Culpa translatio in vicarium & sequestrem. 3) poenitentia  
quam innocens pro noīnis ex inera gratia nullo merito mortalium luit, ibi veram realem, pro-  
priaui & meritoriam ad suisse oportet satisfactionem: subsumit ipsa scriptura S. & ista omnia  
deus adi. Quid de CHristo asserit, quare dubium esse nemini potest, nisi aperto & jurato  
veritatis hosti, quin CHristus immensis suis corporis juxta & animae laboribus λύτρον λύτρο-  
γόνων pro peccatis nostris interposuerit. Hic ergo est fructus ex laboribus Messiae in nos  
secundans. Sed non nihil sibi etiam, ut ita dicam, peperit, cum ditissimus esset; Nam ex la-  
boribus animae videbit, saturabitur. Obscuritatem omnem, si qua est, accenatis radicis  
Raah penitatis pellet. Non enim semper simplicem videndi actum notat, sed plures  
cum fructu aliquo vel oculis vel animo percipiendo compositum, adeo ut significet, post visum  
oculis & animo voluptatem capere. sic Eccles, VI. 6 divites & avari dicuntur non videre  
bonum suum, i. e. non frui bonis, botis, quamvis videant & thesauros suos collectos quibus  
ipsorum terminatur voluptas non ignorare. Parte de inimicis piorum Psalm XXXV. 2. 1.  
prædicatur, fructum oculis aliquam ex casu piorum se perceperisse, & vice versa voluptate  
piorum ex interitu adversariorum hausta Psalm. LIV. 9. Videbit ergo Messias ex laboribus  
fructum aliquem dulcissimum, lætabitur affatim ad satiationem usque Ecclesie in terris plantatae  
incrementis, ubigentes omnium terrarum ad se conversas viderit; Ipsi enim Filiis nascentur  
sicut soles & aurora, cognitione Sui Servus justus multos faciet justos, atque prorogatis Christia-  
ni orbis finibus semen habebit, quo tanquam fructu laborum suorum læte nascente jucun-  
dissima & explebitur voluptate. Eo enim collineare proxime antecedentia & consequentia ipsa  
testatur textus coherentia. Ex his omnibus apparet, quanti constemus Salvatori optimo,  
dirissimos subveni viet nos tristis labores. Quare ut fru&um aliquem ex fide nostra pietate que  
ille capiat, nostrum erit videre. Videbit autem hoc in primis Tempore meditationi passionis  
dolorissimae Salvatoris nostri, optime de Salutē nostra meriti, dicare, si devota mente medi-  
temur mortem ejus, peccataque innumera, que DEUM tanto fatigarunt onere, gravissimique  
attriverunt labore, in largas erumpentes lacrymas deploremus. Evidem Calvino. Reforma-  
ti hanc mortis CHristi meditationem nulli fixo alligare volentes tempori quadragesimalem  
hunc luctum improbant acrident, immo Theodorus Beza quondam Pastor Genevensis in  
Colloquio Montis beliardenfi eo prolapsus est impietas, ut non erubuerit in hoc blasphemia  
trumpere verba: Fateor, me ex animo meo eruixi imaginem detestari. teste B. Docto-  
r Moebi in Select. Disput. Th. pag. 277. quam impiam Beze vocem Richardus Montacutius  
Episcopus Norvicensis detestatus est, innuens non omnes fidei sua addictos in eandem ira  
sententiam; piarum tamen & CHristo de ditarum mentium cum s. Augustino Spes omnis est  
in cruce & morte Domini mors ejus meritum illarum, refugium, salus, vita & res-  
urrexio est. Qua propter etiam hoc praesertim tempore, quo tota purior Ecclesia mor-  
tem CHristi luget, gloria nostra in cruce Salvatoris sit, nihil cogitemus, nihil loquamur, ni-  
hil

hil denique moliamur quod non sumiam illam Sapientiam quam Christus eruefixus est?  
Et ipsofecto hoc ipsum est, quod discipulorum meorum una aliquos movit, ut vires suas perisitanas  
in tanti Mysterii dignitate & Sublimitate putarent, moque rogarent ut operas suas dirigantur.  
Sie ergo ipsis aureolum illud Iordanum Cap. XLIII. 24. et 5. distribui ut, praeter unum  
omnes dicerent de plus quam Herculeorum Messis justi Servi Dei laborum partim dignitate,  
partim difficultate, partim utilitate, & quidem neglecto quem in subcellulis teneant, ordine.

- I. JOH. JAC. MARTINI. VVismaria-Megapolitanus dicit de frequenter medianis Messis laboribus Sermone Vernaculo, simul Auditorii benevolentiam dicturis consiliatorum. Hoc facto.
- II. JOH. BLIAS GULDENZOPFF Uderslebia-Thuringus Oratione latina de Hercule gentilium Mythico & Mystico verba faciet. Post quem.
- III. CAROLUS LUD. PASCHEN Gordelhusa-Megapolitenus itidem oratione latina ager de plusquam Herculeorum laborum Messis dignitate. Quem excipiet.
- IV. JOH. HENR. LANGE Segeberga-Holsatus labornum plusquam Herculeorum Messis difficultatem germanica oratione ante oculos sistens. Porro.
- V. JOH. HENR. KRIEPPENDORFF Gnoja - Megapolitanus in explicanda laborum pluer quam Herculeorum utilitate erit occupatus oratione prosa latina. Tandem.
- VI. CAROLUS LUD. PASCHEN, per quadriennium & quod excurrit, in Lyceo nostro alumnus, perspectae virtutis & industrie iuvenis in Academiz Rostochiensis civitatem in posterum adscribendus, Patronis, Praeceptoribus & Evergetis memorem beneficio/nm inse collatorum animum testatus, verbis germanice conceptis postremum dicet, Vale.

### Agite ergo PATRONI VENERANDI, FAUTORES ET AMICI

O Mai honoris & amoris cultu prosequendi, pro summa VESTRA humanitatis literatae amio  
re preci meæ locum reliquæ, piosque horum Juvenum & adolescentium bonæ spes  
plenissimorum conatus honorifica VESTRA præsentia erigentes has dicendi exercitationes  
non minus, quam supremum pietatis officium valde centis benevolis auribus accepite. Sei-  
mus enim, eos, qui ingenii faverint, gratiosa benevolentia sua aura ad majora tentanda Juve-  
num excitare animos, atque propellere. Quanto majus igitur hoc pondus habere consue-  
vit, tanto majori observantia ac humanitate VOS rogatos volo, ut facilitatis, novum aliquod  
gratia & benevolentiae VESTRAE documentum extare. Brevitas, cui novelli elequentia  
tytones studebunt, musicique concecutas suavi modulatione omne levabunt tredium. De meo,  
quod spondeam, nil habeo, præter pias pro incolumente VESTRA preces, animum gratum &  
ad officia omni tempore paratisimum. P. P. Parchumi d. XII. Kal. April. Anno  
MDCXXXIII.











the scale towards document

Baiern Kaiser. Friedrich II. besiegt Schles. u. Glaz, und behauptet es Frieden. 1743 gewann Theres. Sardin. u. Sachsen; Karl v. Lothringen. Einfall Fried. II. in Böhmen: zum Rückz. genötigt. 1745 st. Karl VII. isser. Frankreich siegt in den Niederl., Preußen in Böhmen u. Sachsen. Pr. — 1746, 1747: die engl. Flotte siegt, ein russ. Heer bricht auf: da- Fr.: die pragmatische Sanction bestätigt; Oesterr. u. Frankr. verbunden. protestant. aus Oesterr. verwiesen, Hessen-Kassel katholisch. Deffentliche Be- p.; heimlich. Bund zwis. Mar. Thér., Sachs. (Brühl), Russl. u. Frankr. Krieg. 1756 1. Oct. siegt Fr. II. bei Lowositz; 15. Oct. die sächsische gefangen. 1757 Reichskrieg u. Schwed. geg. Friedrich. 6. Mai Sieg bei Niederl. bei Kollin, (Böhmen verloren;) 18. Aug. bei Groß-Jägerndorf, (ußen.) 5. Nov. Sieg bei Rosbach trieb die Franzosen über den Rhein e 5. Dec. bei Leuthen über Oesterr., u. 1758 25. August über d. Russen Vortheil, daß der Ueberfall bei Hochkirch 14. Oct. ihm nicht schadete. g. bei Kunersdorf geschlag., 20. Nov. ein Korps bei Marxen verl. Zwar te Fr. bei Liegnitz, 4. Nov. bei Zorgau, u. 1761 wurden die Franzosen u. Hessensch. verdrängt: doch war Friedrich fast erschöpft, und Preuß. u. erwalt, als Elisabeth st. 1762 5. Jan. Peter III. schließt Fried. u. Bündn. Katharina hält wenigstens den Frieden. Die Seesiege der Engländer be- e Fr. zu Paris u. Hubertsburg. 1765 st. Franz I.

1748

1756

1763

1783

1789

Kaiser, zu rascher Nachahmer Friedr. II. Justiz u. Armee verbessert; doch innen durchaus verkannt. (1777 Holstein-Odenburg Herzogth.) — Dazu auswärt. Unternehm. 1778 will Jos. den rechtmäß. Erben Pfalz v. d. ausschließ. 1779 im Tesch. Fr. zwingt ihn Friedr. II. zur Gerechtigk. res. 1781 weigert Jos. die Bezahl. der holl. Truppen in d. Barrieren. Anstreit, u. mehrere Plätze besetzt. 1784 verlangt er dafür freie Schelde- idung Frankreichs u. ein Aufruhr in Siebenb. zwingt d. Kais. 1785 zur baierschen Ländertausch hintertrieb Friedr. II. 1788 ohne Veranlassung te. Die Oesterr. (Lacy) unglückl. 1789 glücklicher unter Coburg und Vörung in Ungarn und den Niederl. 1790 st. Jos.

Preuß. u. Engl. unterstützen d. Niederl. u. Türk. Die N. unterworf.; aufgehoben; alte Freiheiten hergestellt: doch nicht ganz beruhigt u. 1791 verloren die Türken nur Alt-Disowa. 1791 Traktat v. Pavia. Kon- 1792 19. Feb. Allianz mit Preuß. Leopold st. 1. März.

Oesterr., Preuß. u. Hessen Krieg gegen Frankr. 1792 23. Aug. Longwy, obert. Plößl. Rückzug. Dumouriez siegt bei Gemappe 6. Nov. 1793 erg in den N.; Mainz, Valenciennes im Juli erob. — Sieg d. Preuß. Sept. u. bei Kaiserslautern 30. Nov. Die Deutschen im Elsaß und in Pichegru in Flandern, Jourd. in Hennegau: 17. Mai Niederl. bei Dor- Franzosen erob. Clairfait kommand. für Koburg. Im Oct. das ganze en Franzosen besetzt. 1795: Preuß. schließt Frieden 5. April, und ver- den Frieden 28. Aug. Clairfait u. Wurmser siegen. 1796 1. Jan. bis stand am Rhein. Seit d. Juni Erzherzog Karl bis München zurück ge- hlag. bei Amberg 24. Aug.; Moreau muß dem fliehend. folgen. (Kehl, Wurmser v. Buonaparte nach Tirol gedrängt. 1797 7. April Waffen- ; 18. April Friedensprälimin.; 17. Oct. Friede mit d. Kaiser zu Campo en erhielt Franz den größten Theil v. Venedig, erkennt Cisalpin. an, Modena, und versichert im Geheim den Franzosen das linke Rheinufer.

2\*

